Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ORATIO
DE VITA ET OBITV REVEREN-DI VIRI IOHAN-NIS PETRI GRVN-DITH SCRIPTA

Ab

ANDREA SEVERINO VVELLEIO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ORNATISSIMO VIRO PIETATE, ERVDITIONE ET HVMANItate ſumma præſtanti, M. Iacobo Matthiæ VVelleio, apud Ripenſes in Cimbrica Cherſoneſo uerbi Dei miniſtro fideliſſimo, amico ſuo & fratri in Chriſto dilecto.

S. D.

LITeras tuas ad ſextum Cal: Iulij attulit tabellarius, quæ non tantùm more ſolito nos mirificè delectarunt, quòd amoris erga nos tui, eſſent teſtes ampliſſimæ: verumetiam curis hiſce noſtris animum occupatum recrearunt. Quòd autem fructus noſtrorum laborum participem fieri te cupis, accipe partem huius aliquam, minorem quidem meritorum tuorum magnitudine, haud tamen indignam tuo patrocinio & noſtrûm vtriuſq; amicitia. Non licuit

cuit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

cuit propter temporis anguſtiam hanc narratiunculam & eclogam noſtram induſtria, vt fortè volui, accuratiore elaborare; præſtiti nihilominus quantùm otiũ & ingenij tenuitas permiſerunt. Ornarem igitur munuſculum hoc pluribus verbis, ni perſpecta mihi eſſet humanitas tua, & ſcirem nemini magis competere communis præceptoris famæ defenſionem, quàm tibi eius ſucceſſori digniſsimo. Faxit Deus æternus pater domini noſtri Ieſu Chriſti, vt illius inſiſtens veſtigijs, aliquando etiam ſuperes, quò fiant per te Deo multa grata & placentia, tibi & vniuerſis Ripenſibus ſalutaria. Datum VViteberga ipſo die Apoſtoli Iacobi, Anno domini 1567.

Andreas Seuerinus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ORATIO.

MVlta ſunt, quæ animos non omnino ſtupidos aut hebetes, neq; ad malitiam induratos, ad amorem & ſtudium uirtutis inflammare ualent. Nam ut de unica ſolummodò gratitudine dicamus, quàm elegans eſt, & procul omni dubiò non temerè excogitata à ueteribus, pictura illa Gratiarum, in qua expreſſæ conſpiciuntur, ſeſe inuicem conſertis manibus apprehendentes uirgines tres: quarum duæ ad nos conuerſæ, una auerſa, ſingulæ tamen corpore nudo & decore iuuenili, ſemper apparent. Quo commento, uirtutem maximam & alioquin raram, nobis commendare uolebant ueteres: ut quotieſcunq; in oculos hoc incurreret, animo etiam dignitas huius uirtutis, rebus tum publicis tum priuatis admodum neceſſariæ, ſuccurreret. Experiebantur enim nullo alio magis uinculo contineri ſocietatem humanam, quàm mutuæ beneuolentiæ & officiorum uiciſsitudine, & inuitos aut ſaltem parcius, qui aliquid poſſent, communicaturos operas & bona ſua, ſi nihil expectaturi eſſent ab ijs, in quos beneficia aliquando contulerunt. Neq; hoc ſolùm priſcos illos prudentes commouit, ſed quod longè maius eſt, perſuauiſsimum illis fuit, eos qui beneficiorum obliuiſcebantur, cùm alioquin grati eſſe poſſent, hos neq; de gratitudine parentibus aut amicis, nedum Deo ipſi debita cogitare.

& ex

& ex hoc inſuper quaſi primo fonte ſcaturire Impudentiam, quæ eſt genetrix & dux reliquorum uitiorum omnium. Itaq; in hac, quam diximus, pictura, non tantùm fructum, quem percipimus ampliſsimum, ſed & modum hæc exequendi propoſuerunt. Nam quemadmodum nos duæ aſpiciunt Gratiæ, una tantùm auerſa eſt: ita unum benefactum duplicem parit remunerationem. Nuditas uerò, & quòd in fonte Acidalio lauareferantur, ſine fuco & ſorditie omnia fieri debere, inditium eſt. Et ne (quod haud rarò uſu uenit) citò memoria accepti beneficij apud nos conſeneſcat, habitus & ſpecies florentis uirginitatis his attributa fuit. Qua etiam de cauſa, ait Ariſtoteles, Græcos templa Gratiarum in medijs urbibus condidiſſe, ut quod in unoquoq; beneficentiæ & gratitudinis memoriam excitaret, nullibi deeſſet: ubiq; uerò pietatis & humanitatis (quarum ciues eſſe ſtudioſiſsimos Reipub. intereſſe arbitrabantur) monumenta ob oculos uerſarentur. Nec deſunt exempla uetera & noua, eorum, qui amore huius uirtutis accenſi, memorabilia multa non ſine periculo aggreſsi ſunt, & ob id meritò celebres habentur ac prædicantur. Horum ego ueſtigijs non ſolùm inſiſtens, uerùm multò magis meditatione ſeueriſsimæ comminationis Dei, qui à domo ingrati non receſſurum malum affirmat, excitatus ſum, ut onus fere ſupra uires & otia, in humeros meos imponerem. Si enim ex ſententia for-

tiſsimi regis Alexandri magni, maximi faciendi ſint præceptores, quòd ab his benè uiuendi rationem, cùm à parentibus tantùm uiuendi initium accipiamus: uidebam me nullo modo poſſe maculam peſsimi uitij ſubterfugere, ni præceptoris de me & Eccleſia Chriſti optimè meriti, ſcripta & memoriam, ab interitu & fatis uindicarem. Fateor enim ingenuè, & ſciunt, qui nos nouerunt, plurimi, me hoc duce & ſtudiorum principe, ingreſſum primam diſciplinarum liberalium rationem hanc, in qua aliquot annos, neſcio quo cum fructu, iam inde uſq; à puero uerſatus ſum. Par igitur erat me & ingenij uires, licet exiguas, & ſtudium omne conferre ad ornandum famam eius, à quo & ingenium excultum fuit meum, & ſtudiorum primò ſunt indicatæ rationes fideliſsimè. Quanquam autem non ignorarem, multos ex albo diſcipulorum eius eſſe, qui maiori cum autoritate, grauiori eloquentia & dignitate, hoc quod in me recepi, obire & expedire poſſent: tamen cùm nihil à quoquam tentatum uideam, & nunc occaſio & intimæ familiaritatis, quæ mihi cum eo fuit, neceſsitudo cogat, ut aliquid de uita & obitu eius exponendo indicem: id ita faciam, ut alijs, ſi qui futuri ſunt, non præripiatur, ſed detur opportunitas in utroq; genere copioſius dicendi. Neq; dubito, quin id ab aliquibus fiat, qui etiam meos hos tenues conatus non modò non reprehendent, ſed & candidè approbabunt, cùm

æqua

æqua lance perpenderint, quid ſinguli optimo pa-
tri & præceptori debeamus, & quid me deceat,
qui pluribus annis apud ipſum familiariſsimè, li-
cet omnium poſtremus uixerim, & eundem ſan-
guinis ortum & patriam communem cum hoc
habuerim. Vt enim ab ipſis incunabilis or-
diamur, natus fuit præceptor noſter Dn. IO-
hannes PEtrus in pago Grundith, qui in parte
Cimbricæ Cherſoneſi fertiliſsima pariter & amœ-
niſsima ſitus, à patria noſtra VVelleia, uix dimi-
dio unius paraſangæ abeſt. Parentes habuit PE-
trum TOrchillium & CHriſtinam VIncentiam,
qui integri uitæ ſceleriſq; (ut Horatianis utar uer-
ſiculis) puri, procul negotijs & ſoluti omni fœ-
nore, parua ſua rura, centum gregibus & bis
Afro murice tinctis lanis præferentes, mediocri-
bus & honeſtè partis facultatibus contenti uiue-
bant. Vixiſſe autem utrumq; piè, caſtè & in-
tegrè, teſtatur poſt obitum conſtans & honorifi-
ca apud multos etiam hodie fama & memoria il-
lorum. nec minimum illud inter cætera eſt ma-
ternæ pietatis argumentum, quòd eum, de quo
nunc uerba facimus, nondum in lucem editum,
Deo & ſtudijs ſacris fato peculiari dicauerit.
Quod quo caſu acciderit, ſicut ab ipſa octogena-
ria abhinc octennium audiui adijciendum cenſui.
Digreſſa fuit hæc die quadam, Sole iam occũben-
te, ab ædibus paulò longius, in conuallem, quæ à
ſylua non procul aberat, negotij neſcio cuius ex-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

pediendi gratia. ibi in Lupum incidens, cùm ſe circumuentam & fugæ copiam præreptam omnem uideret, armento, quod tum fortè in uicinia paſcebat, ſe intermiſcuit, exiſtimans hoc pacto, quocunq; res caderet, nihil in ſe auſuram feram: aut antequã aliquid aggrederetur, interuenturos, qui deſtitutæ ſuccurrerent. Affirmant noſtrates & longo uſu facilè (cùm terra noſtra feris eiuſmodi & alijs abundet) exploratum habent, Lupos potiſsimùm inſidiari grauidis, & poſſe has odorando perſentiſcere procul remotas; uereri tamen armenta, nec quidquam audere, ſi tutiori loco id quod petunt, conſtitutum ſit, niſi prius ululatu plures ſui generis conuocent. id dùm hic quoq; faceret, interea temporis, prætereuntes quidam, ubi quid ageretur comperirent, ſublato clamore inſtigatisq; canibus, in fugam Lupum agunt, & grauidam metu ferè exanimatam, domum deducunt. Magnum ſanè miraculum, teſtimonium bonitatis & defenſionis diuinæ. Scimus quot occurrant imperſcrutabilia humanæ cogitationi, quot ineffabilia cuſtodiæ & præſentiæ Dei argumenta, in tota hominis fabricatione & generatione, adeò ut de his cogitando, multò minus dicendo, nemo par inueniatur. Maxima ſunt hæc, quòd è maſſula informi, domicilium pulcerrimum corporis formetur: fœtus in ſummis locorum anguſtijs ſine ſpiratione, agitentur, & tandem admirabili quodam modo è latebris calidiſsi-

lidiſsi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

lidiſſimis in frigidum aërem & lucem edantur. Quæ omnia, ut ueriſſima, ita etiam ut gratis animis ſæpiſſimè, conſiderentur digniſſima licet fateamur: tamen ſæpe animaduertimus, præter hunc conſuetum & aliquot annorum millibus diuina prouidentia conſeruatum naturæ morem, accidere quædam, aliquando etiam ſine medijs & cauſis ſecundis, ad quæ animo obſtupeſcentes tam gignentes, quàm geniti, exclamare poſſint: Quid reddam domino pro omnibus quæ mihi dedit? De aſtrorum ſupernè influente ui & occulta operatione iam non dicam, neq; illud ſcrupuloſius inueſtigabo, cur plærumq; ij, quibus naſcentibus eiuſmodi contingunt, in reliqua uita aliquid uel in hanc, uel in illam partem memorabile efficiant & deſignent. Hoc certum eſt, datam fuiſſe hoc euento, occaſionem primam noſtro præceptori, ut præterito quouis alio uitæ genere, Muſarum pia caſtra ſecutus ſit. Et memini eum agnouiſſe huius liberationis beneficium in tota ſua uita, ac ſæpe cum Dauide Deo gratias egiſſe: Informem maſſam meam uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnia (membra) ſcripta erant, quæ per dies formata ſunt, cùm adhuc nullum extaret: Tu es qui extraxiſti me de utero matris meæ. Agnouit & mater, quæ uotum faciens, puerum, ſi partum & reliqua diuina uoluntas clementer ſecundaret, ſtudijs religioſæ pietatis dicauit: ſtatimq; ubi nondum annum ætatis ſextum attigiſſet, lite-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

rarum gratia, in ſcholam ut deduceretur, perfecit. Pater autem, quòd operam eius in domeſticis magnopere profuturam iudicauit, à literis eum abſtrahere contendebat. Sed uicit uotum matris & iudicium aliorum, qui alacritatem indolis puerilis animaduertentes, minimè id patri concedendum exiſtimabant. Eius conſilij præcipuus autor erat, auus noſter ANdreas BArtholinus, qui antè annos 36. aut circiter Conſul in patria, poſt agnitam lucem repurgatæ doctrinæ Chriſtianæ, piè & fœliciter diem ſuum obijt. is tùm eum non tam propterea, quòd uxorem haberet amitam eius, quem propter ſpem bonæ indolis amans, ad ſe recepit, & aliquandiu cum ſuis liberis unà educari, & ut tum tempora & ſcholæ ferebant, inſtitui curauit. Sed & ille citò arripuit, quæ ibi tradebantur, & aliquid maius animo appetebat. Patris tamen animus minus liberalior ad ſuppeditandos ſumtus, fuit: quòd, ut ſignificatum eſt, mallet eum apud ſe domi alijs operam impendere, quàm in otio degere literario. Nec multùm aberat, quin id perfeciſſet, ni mater prouida clàm eum uiatico inſtructum, Ripas miſiſſet. Ciuitas hæc eſt, hiſtoriarum monumentis & emporio olim ampliſſimo ualde nobilis, nomen ſortita, quòd in littore Oceani occidentalis, unde in Galliam, Angliam & Hiſpaniam noſtratibus nauigatio commodiſſima ſita ſit. Iutiam ſeu Guthiam auſtralem eum tractum Cimbricæ Cherſoneſi hodie nominant, non longo

inter-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

teruallo à modernis terminis Daniæ & Ducatus Holſatici, ubi Phunduſiorum ſedes collocaſſe Ptolomæus uidetur. Huc cùm ille noſter perueniſſet, breui ob morum modeſtiam & diligentiam ſuam, optimo cuiq; notior eſt factus. duobus tamen uſus eſt familiarißimè, ſtudiorum ſocio uno & fautore altero. Ille LAurentius NIcolaus fuit, qui poſtea optimarum diſciplinarum & artium magiſter factus, uir pietate, eruditione & incredibili humanitate excellens, perpetuam cum hoc amicitiam ita coluit, ut quò ad charitatem planè fraternam, nihil niſi ſola conſanguinitas deſideraretur. Alter Dn. Nicolaus Torchillius erat, qui multos annos Chriſtierno II. cùm cancellarius prudentißimus operam ſuam utendam commodaſſet, tandem illum minus fauſtum, qui poſtea ſecutus eſt, euentum atq; exitum auguratus, pertæſusq; moleſtiarum, quas ſuſtinuerat grauißimas, aulæ maturè ualedicens, adoptatusq; in collegium canonicorum, ut uocant, Ripis iam conſederat. Huius religioſam pietatem, ſtudium promouendi diuinam gloriam, & imprimis eximiam prudentiam, ſæpenumero ab eo audiui prædicari, unà cum honorifica mentione beneficiorum in ſe collatorum. nec ingratus ſuo patrono fuit, ſed cùm illi poſtea adminiſtratio ſcholæ Ripenſis commendata fuiſſet, hunc reuerenter coluit, & liberos quos habebat egregiæ indolis adoleſcentes duos, ſingulari cura fideliter docendo et monendo inſtitu-

ſtitu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ſtituendos ſibi ſumpſit. Spargebatur hoc tempore fama de ſchola Archuſienſi, & confluebant eò undiq; multi, moti commendatione doctrinæ M. Torchillij Pomærij, cuius ibi in erudienda iuuentute, magna habebatur induſtriæ exiſtimatio. eò cùm tendere animum ſui alumni mœcenas optimus, quem nominauimus, intellexiſſet, etſi non libenter alia quauis de cauſa dimiſiſſet: tamen cum ingenium & annos eius uberius quaſi pabulum requirere uideret, muneribus ornatum & M. Torchillio amico ueteri ac percaro diligenter commendatum, abire ſic permiſit, ut non diſsimularet, ſe tanto animi mœrore diſceſſu eius atq; proprij nati, affici. Reddiderant interea patris animum mitiorem, allati de profectu illius in literis, rumores, ideoq; iam ſumptus largiores ſuppeditare, magis amare, & à quibus prius dehortari, ad ea nunc ſeriò premio & precibus cohortari. Ibat igitur Archuſiam inſtructior, & excipiebatur ab eo cui commendatus fuerat humaniſsimè. Nam quod ad eruditionis copiam facilius comparandum, moresq; formandos maximè conducit, ut in eiſdem cum eo habitaret ædibus, permiſſum fuit. Vbi uerò guſtum ueræ inſtitutionis, quam fortè prius non habuit tàm conuenientem, percepiſſet, omnia ſui magiſtri uerba attentè audiuit & ſelectiſsima quæq; in theſauro memoriæ recondens, conſeruabat. & quod proprio Marte aſſequi non poterat, id alios conſulendo

ſulendo

ſulendo & interrogando diſcere non erubuit. Hac curioſa ferme aſsiduitate perueniebat in conſortium IOhannis Synningij. Cùm enim hic omnibus ſuam doctrinam, quadam cum uoluptate impertiretur, & alter ſciſcitando de rebus ignotis eſſet auidior, paulo momento temporis, tanta inter utrumq; orta eſt familiaritas, ut uterq; quo cum uiueret iucundius & coniunctius, haberet neminem. Magnum fuit & præcox in Synningio ingenium, cuius hoc memini noſtrum præceptorem commemoraſſe ſignum admirabile quod quia ſtimulos alijs addere poteſt, nec ab argumento hoc alienum, inſerendum duxi. Enarrandas fortè in manus ſumſerat ſcholæ Rector Satyras Perſianas, quas cùm aliquando ſuo more explicaret, de improuiſo obdormiſcenti Synningio librum è manibus decidere animaduertit, & ne quis excitaret, imperabat, ratus ut cùm dictata & explicationem ab eo repoſceret, forè ut negligentiæ & incuriæ experrectum puderet. Etenim quàm difficilis autor & non uno in loco abſcurus ſit Perſius, neminem lectionis Poëtarum ſtudioſum ignorare credo. At ille repente excitatus, prælectorumq; iuſſus rationem reddere, ita omnia dilucidè ſine hæſitatione expoſuit, pergendo etiam ultrà quàm tum aliquid propoſitum erat, ut ipſe Magiſter ad alios conuerſus obſtupeſcens dixerit: Videte mirum. inde æmuli arripuerunt cognomen, quo illum notabant. Diu enim appellatus fuit Iohannes

miro.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

miro. Verùm fuit id illi magis laudi quàm dedecori, quòd quidam tunc uitio uertebant, & euentus poſtea uerè mirum & diuinum in hoc fuiſſe ingenij acumen, declarauit. Contendebat enim tamdiu indefeſſo ſtudio ſuam eruditionem augere, donec VVitebergam ueniens, ſanctæ & æternæ memoriæ Philippo Melanthoni fieret notiſsimus. Extat Philippi de illo præclarum teſtimonium in Epiſtola quadam ad regem noſtrum Chriſtianum III. Vbi ſe unicè eum dilexiſſe teſtatur, & de maturo eius obitu conquerens affirmat, ſe non poſſe non dolere, tam utilem regno & Eccleſiæ Chriſti uirum tanto ætatis flore, tantaq; omnium bonorum expectatione, abreptum eſſe: cùm, inquit, non tantùm ingenio, ſtudijs ac diligentia conterraneos ſuos omnes ſuperaret, uerumetiam modeſtia, & integritate uitæ ita probaretur uniuerſis, ut nihil pænè ſe ex noſtra terra, quòd quidem ad ingenij præſtantiam, morumq; ſuauitatem attineret, excellentius uidiſſe recordari poſsit. Quòd ſi autem ſecundùm uetus prouerbium, pares cum paribus facillimè congregentur: neceſſe eſt fuiſſe in utroq; horum, quos diximus, morum & animorum ſimilitudinem non exiguam aut obſcuram. Et, ſi tales ipſi reputamur ab alijs quales ſunt ij, quorum gaudemus conſuetudine, quæ maior poteſt eſſe laus noſtri Grundenſis, quàm ab optimis quibuslibet eius exoptatam fuiſſe conſuetudinem. Vtinam hodie imitaretur iuuentus aut huius aut

aliorum

aliorum exemplum. Peruenirent abſq; dubio plures ad meliorem frugem: nec ſederent ad præcipua officiorum fermè omnium gubernacula homines corruptiſsimi: nec primariæ honorum ſedes, ab hominibus idiotis & rerum bonarum imperitis, occupatæ eſſent: rariores miſerorum parentum, de grauiſsimis in filios factis immò perditis ſumtibus, audirentur querimoniæ. nunc cùm in quolibet uitæ genere, noſtro hoc ſcholaſtico præcipuè, contagio illa prauorum ſodalitiorum tam latè uirus ſuum effuderit, ut non uitium, ſed uirtus habeatur, cum his congredi & amicitiam contrahere, qui luxuria & laſciuia diffluunt, & à ſtudijs ad libidinem procliues ſunt, quid eſt quòd de reliqua uita benè ſperare aliquis audeat? animi enim, qui ſemel ſe conſuetudine hac mala deuinxerunt, facilius franguntur quàm corriguntur. Parentes qui natis quàm rectiſsimè conſultum uellent, in id toto pectore incumberent, ut ab ineunte ſtatim ætate in bonorum uirorum incorruptis familijs educarentur liberi, ubi in uitam proborum tanquam in ſpeculum intuentes, ſponte, etiam aliud agendo, pietatis, caſtitatis & temperantiæ rudimenta imbiberent. Sed quoniam magna ex parte, ſurdis (quod aiunt) narratur fabula, miſſa hæc facientes, eò unde digreſsi ſumus reuertemur. Elapſo triennio cùm in ſchola Archuſienſi ad ſummum inter ſuos æquales perueniſſet locum, uenit illi in mentem tandem admonitionis

Iſocra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ISocrateæ, qua uberioris doctrinæ comparandæ gratia, ne longißimas quidem peregrinationes uitandas, ſapiens orator hortatur. Turpe enim, ait, liberalium diſciplinarum ſtudioſos à mercatoribus hac in parte ſuperari, qui ut rem familiarem ampliorem reddant, omnia maria, etiam uſq; ad extremos Indos penetrant ac tranſeunt. Conſilio igitur ſui præceptoris, qui tum etiam diſcedentem muneribus ornatum dimiſit, in Academiam Haffnienſem ire deſtinauerat. ſed neſcio quo uento, qua fortuna Malmogiam applicuit. Ea amplißima & populoſißima ciuitas in Scania, Haffniæ è regione, dirimente Oceano noſtro orientali, ad quatuor miliaria diſtans, ſita eſt. Tradebat hîc Philoſophiæ præcepta & literas ſacras, in quibus fuit egregiè uerſatus, uir eloquens Olaus Chryſoſtomus, qui paulò poſt uocatus Haffniam, doctoris Theologiæ inſignia conſecutus, inde ad gubernandas Eccleſias VVendalicas diſceßit. multùm profuit hic tunc cum ſuo collega FRanciſco Vuarmordo uiro erudito & claro, Eccleſijs & ſcholis in propaganda & aduerſus pertinaces monachos defendenda doctrina Euangelij ſalutari, è cœno Papiſtico repurgata. Incidebant autem in hunc annum, qui fuit à uerbo incarnato 1535. turbæ bellicæ, quæ docentium ac diſcentium curſum miris modis tardarunt. Pulſo enim è regno Chriſtierno II, cùm comites duo, unus de Hoia alter Tecelnburgenſis regnum, neſcio qua animi

auda-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

audacia, inuaſiſſent, aliquot urbes in ſuas partes nomine regis exulis pertraxerunt. Vnde diſſentientibus inuicem urbibus & nobilibus regni, inteſtinæ cum multorum, ut fit, pernicie ortæ ſunt diſcordiæ. nec tutò, ut prius, conueniebant commerciorum gratia incolæ, ſed ſubitis motibus ſuſpecta habebantur omnia. Placuit, hac de cauſa, noſtro hìc aliquantiſper reſidere, & euentus, quò reciderent iſti repentini tumultus, aut quorſum euaderent, ſpectare. Dum igitur moram trahit, opinione omnium celerius, maria omnia claßibus armatis infeſta & imperuia redduntur. nec multùm interceſſit ſpacij, quo occiſis comitibus, fuſo fugatoq; illorum exercitu à fortißimo & pijßimo rege Chriſtiano III, Malmogienſes ante portas ſe oſtenderent hoſtes. Erat tum in urbe conſul GEORGius MONEtarius uir ſumma apud uulgus autoritate & gratia, cuius imperio & conſilio gerebantur omnia. habebat is præter ciuium multitudinem ſatis numeroſam, cohortes peditum externorum aliquot ſelectißimas, & militari ſolertia procurata neceſſaria plurima: ita ut ultrà annum integrum obſidionem tolerauerit, diutius fortè toleraturus, ni fame coactus fuiſſet deditionem facere. res enim eò redierat, ut maior intra muros quàm extra, graſſaretur hoſtis, utpote fames. Recordari poſſum meum præceptorem ſæpe, quoties huius belli incideret

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

mentio, de malis, quæ in hac obſidione pertulit, multas horas narrando conſumſiſſe. nec uires corporis hic attenuatas & collapſas unquam ſe recuperaſſe, aiebat, & de dolore capitis ac uentriculi debilitate, quàm diu uixit, conquerebatur. Quamuis enim eò ueniens, ſtatim perueniret in familiaritatem uirorum eo loco ſummorum, ita ut publicam illi functionem ſcholaſticam demandarent: tamen cùm diſsiparetur paulatim diſcipulorum grex, & omnia fierent cariora, cum maxima conflictabatur inopia. hanc ſubleuabant quidem initiò uiri docti, & is, quem conſulem urbis nominauimus primarium. At inualeſcente indies annonæ caritate, cùm ſinguli uix ſuis domeſticis proſpicerent, extranei, qui nec neceſſarios ibi haberent, nec opera militaria faciundo, ſtipendia mererentur, in oppidò anguſtam rerum uitæ neceſſariarum redigebantur penuriam. Quid faceret ergo is, qui nec opificium exercere, nec militare didicerat? commodiſsimum uidebatur illi latomis & his qui muris ſarciendis præerant operam ſuam in calce maceranda atq; temperanda, locare. at cùm hanc aliquando minus rectè in lacu contritam atq; fermentatam ad opificem deferret, & admodum malè ab hoc acceptus eſſet, ad militiam animum, à qua antè abhorruerat, adiecit. id & collegæ eius duo faciebant, quorum uterq; miſerabili caſu poſtea ante exitum belli, ſubla-

tus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

tus eſt. Vni paucis diebus poſtquam duci ſacramentum præſtitiſſet, & in nocturnis uigilijs, neſcio quid cum alijs collegis, qui propè aſtabant, confabulanti, globus tormentarius è caſtris aduolans in ictu oculi & uocem & uitam ademit. alter ſoluta obſidione æger in conclaui ſuo ab irrumpentibus militibus confoſſus, repertus eſt. Agebat noſter ſæpè Deo gratias, pro admiranda defenſione non tantùm in his ſociorum ſuorum fatalibus euentis, ſed alijs periculis, quæ ſibi non tam in crebris oppugnationibus ab hoſtibus externis, quàm à ferocioribus commilitonibus multoties imminebant. Potitus demum urbe rex optimus, & capta quoq; poſt menſes aliquot Haffnia, confectisq; belli reliquijs omnibus, auſpicijs heroici & fortiſsimi bellatoris IOHAnnis RAntzouij, pacem ubiq; armorum pertæſis ciuibus reſtituit. Eccleſias itidem & ſcholas diſsipatas ac bellicis motibus diſturbatas, paterna cura denuo inſtaurauit. Itaq; paulatim factis ſcholis frequentia & ſtipendijs nouis amplioribus, multò in pretio habiti ſunt, qui artium ſcientiæ, mediocrem cœleſtis doctrinæ cognitionem adiunxerant. Noſter, propter aſsiduitatem in ſtudijs & in moribus modeſtiam perſpectam, ab Olao CHRyſoſtomo Idſtadium (quod ſeptem à Malmogia miliaribus diſtat) ut iuuentuti formandæ præeſſet, miſſus fuit. quod munus ita obiuit, ut & ma-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

xima mittenti à ciuibus haberetur gratia, & miſſo deferrentur ſtudia beneuolentiæ omnia. quibus ita eum deuinctum tenuerunt, ut retinerent diutius, quàm ille ibi unquam commorandum decreuerat. Quærebat enim ſemper in Academiam Haffnienſem eundi occaſionem, quam uento & fortuna prius denegatam, caſu mirabili reſtituit aduentus antiqui condiſcipuli IOHAnnis SYNningij. is VViteberga rediens, nauigio Idſtadium peruenerat, ubi cùm amicum ueterem eſſe cognouiſſet, acceßit. Fuit tùm in utroq; gaudium maximum, renouata antiqua conſuetudinis & amicitiæ memoria. Noſter eum excepit humanißimè, & cùm uideret cultum ac ueſtitum tenuius, ſuis eum donauit ac ornauit ueſtibus, atq; diſcendi gratia apud ſe detinuit dies aliquot. Ea beneficia tam grata fuère Synningio, ut cùm ſtatim Haffniam ueniens, inter ſummos haberetur, illum ad ſe accerſiuerit & omnibus modis promouendo ornauerit. Quo etiam factum eſt, ut eodem ſemeſtri, præcipuus inter eos fuerit, qui tum primi poſt reſtaurationem Academiæ, prima honorum acciperent initia. progreſſurus abſq; controuerſia ad altiora, ni eum à curſu aduerſa ualetudo retraxiſſet. Cùm enim eius loci aërem ſuæ naturæ planè inimicum experiretur, & in morbum iam aliquoties periculoſè incidiſſet, de diſceſſu ex medicorum præcipuè Doct. Thomæ Zegeri,

conſilio,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

conſilio, cogitauit. Itaq; quos potuit in primis Dn. Doct. Pomeranum & Philoſophiæ ac medicinæ Doct. præſtantiſſimum Chriſtianum Morſianum audiuit diligentiſſimè. Et quemadmodum in incendijs quiſq; quod pretioſiſſimum eſt arripiens ſeruare conatur: ita ille quod præſtantiſſimum & maximè neceſſarium poterat habere obuium, arripuit ac in patriam concedens ſecum aſportauit. Carebat hoc tempore ſchola Ripenſis non tantùm rectore, ſed & eò res peruenerat, ut puerorum numerus in ea eſſet admodum exiguus. Huc ille omnium calculo & uotis cupidè uocabatur. Poterat fortaſſis petentibus ſuam operam denegaſſe, quòd eſſet facies ſcholæ collapſæ miſerrima, & expertus eſſet, nullas moleſtias eſſe grauiores ijs, quæ in tenera ætate informanda impeduntur, ſed maluit ſe magis gloriæ Dei, quàm ſuæ ſtudioſum declarare, & efflagitantibus amicis & ciuibus honeſtis non refragando, gratificari. Suſcepit igitur prouintiam ſatis duram, quam ſi non doctorum uirorum amica conſuetudo & egregia ciuium beneuolentia, reddidiſſent illi faciliorem, næ ille non tam diu hoc uoluiſſet ſaxum. Cùm autem nullius in uniuerſa ciuitate uideret animum in ſe non propenſum & officioſum, & is eſſet locus à ſolo natali non uſq; adeò remotus, de ſocia uitæ ſibi aſſumenda, conſilium inire cœpit, & duxit uxorem, honeſtam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

honeſto ibi natam loco uirginem Annam, filiam Dn. IOHannis Oueni, ex qua poſtea liberos ſuſcepit ſeptem. Creſcebant ergò illi & multiplicabantur labores indies, accedente ad ſcholaſticam cura inſuper domeſtica. Itaq; inter pueros uniuerſam ætatem terendam, cùm minimè exiſtimaret, quòd alioquin eſſent imbecilliores uires corporis, demum quietem appetens, ſe officio abdicabat. Porrò quantos ibi & quot exantlauerit labores, hinc æſtimare licet, quòd cùm habenas ſcholæ in manus primùm ſumeret, uix in ea eſſent pueri numero quadraginta, & horum ne duo, qui latinè ſaltem congruè loqui aut ſcribere poſſent. at ſub eò uſq; adeò excreuit diſcipulorum grex, numero & eruditione, ut inde uiri prouectæ ætatis, doctrina & moribus præſtantes, functionibus publicis idonei ſæpe deligerentur. Et cum initiò unus toti ſcholæ ſufficeret, iam hunc ludo exeuntem ſecuti ſunt collaboratores quinq;. Mittebant ad eum famæ nominis eius excitati ab ultimis eius & uicinæ terræ finibus, parentes ſuos liberos, neq; ſolùm antè ſed & poſt reſignationem adminiſtrationis ſcholaſticæ, plenæ fuerunt eius ædes uirorum præſtantium & nobilium pueris. nemo unquam uiſus eſt, qui de eius fide meritò dubitare nedum conqueri deprehenſus ſit. Omnes pariter pauperes & diuites curabat. nulli, qui ſibi ipſi non deeſſet, deerat. & quò maiorem in

aliquo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

aliquo deprehendit diſcendi ardorem, hoc ille magis accendere & promouere. Si quis ſegnis aut negligentior, cum premijs & honoribus ita alliciebat, ut hac arte multos, de quibus alij ſpem omnem abiecerant, ad meliorem frugem perduxerit. Quos uerò uidit infœlici ingenio præditos & prorſus à literis alienos, in quibus nulla emendationis ſpes elucebat: horum parentes amicè monuit, ut maturè tales ad opificium exercendum aliò mitterent. Quibus, & ſanè, niſi fallor, optimis rationibus effectum eſt, ut è ſchola eius, tanquam ex equo Troiano, uiri docti exierint innumeri, quorum opera partim Reſp. & curiæ, partim ſcholæ & Eccleſiæ magno cum fructu uſæ ſunt, & hodie utuntur. Quæ enim totius Daniæ ciuitas eſt ulla paulò illuſtrior, quæ negare poteſt, laborum ſcholaſticorum eius fructum ſe conſecutam nullum? fateatur id aula regia & Academia ipſa, fateantur Eccleſiæ & Scholæ paßim plurimæ neceſſe eſt. ſed hæc ſunt notiora, quàm ut debeant à me commemorari ſpecioſius. neq; ipſe uiuus unquam ſua iactabat magnificè, aut in alios collata exprobrauit inſolentius. eo enim fuit animo, ut facilè ſuam fateretur ingenij tenuitatem, ſaltem Deo gratias agens, qui ſe organum & uas ſalutare uoluiſſet, per quod ipſi filio æterno & Spiritui ſancto, quædam fierent grata & placentia. De ingratis ex ſententia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Plautina ſe experiri aiebat, hominum maxi-
mam partem eo eſſe ingenio, ut faciles & bo-
nos ſe præbeant, dum quod uolunt, impetrant,
bonum: ubi illud nacti fuerint, ex bonis eua-
dere peßimos & fraudulentißimos. Sed ad rem
redeamus. Priuatus cùm otio literario ad re-
creandum ſe aliquantulum temporis tribuere
deſtinaſſet, ad functionem Eccleſiaſticam, non-
dum anno, ut puto, integro exacto, uocatus eſt.
nam diſcedente M. LAVrentio NICOlao, qui
ad curationem diœceſeos Vendalicæ regijs li-
teris auocatus erat, omnes uno ore & conſenſu
hunc ſubſtituendum, iudicabant. Et quamuis
multos ingenti affecit triſtitia M. LAurentij
diſceſſus, ob incredibilem in hoc uitæ ſuauita-
tem & eruditionem, tamen ſucceſſor ita ſe præ-
buit in hoc munere aßiduum & fidelem, ut cùm
breui maxima ex parte alterius deſiderium alijs
mitigaſſet, ipſe ſolus ferè eſſet, qui ægerrimè
ferret, à ſe diuulſum eum, cum quo amicitia à
paruis incepta, cum ætate adcreuerat arctißi-
ma. Vnicum illud ægritudinem animi lenire
uidebatur, quòd per amicum eo loco colloca-
tum, plurimum gloriam Dei, & patriæ propa-
gatum iri confidebat. Sed refricabat mœrorem
hunc, nondum planè memoria exemtum aut ſo-
pitum, acerbißimus de obitu illius, poſt tempus
non longum, allatus rumor. qui illi eò graui-
or accidit, quòd paulò antè amiſiſſet ſuum SYn-
ningi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ningium, cuius nomen illi & honori & adiumento fuit maximo. Non poterat igitur non affici ſummo dolore, tum publica tum priuata cauſa: publica quidem, quòd tam ſubitò priuaretur patria uiris clariſsimis, quorum pia opera uniuerſis regni incolis ornamento & emolumento eſſe poterat: ſua uerò & priuata, quòd iacturam feciſſet præſtantiſsimæ poſſeſsionis, quam iudicabat eſſe in uirorum bonorum & ſapientum amicitia ſitam. Quamuis enim ipſe à multis magna obſeruantia coleretur: tamen tres memini eum interdum recenſere, quorum ſibi familiaritatem & fidem à multis annis non cognationis ſed ſtudiorum & beneuolentiæ mutua neceſsitudine comparatam, in rebus arduis ſæpe exploraſſet. horum duo erant hi, quos morte ereptos eum grauiter tuliſſe indicauimus. Tertius IOHannes Suaningius, uir prudens, grauis & in omni eruditionis genere excellens, maximè omnis antiquitatis & hiſtoriarum peritiſsimus. hunc Haffniæ audierat publicè enarrantem Ciceronem, & peruenerat ita in eius familiaritatem, quam poſtea coluit diligentiſsimè adeò, ut opere & conſilio, ab hoc illum adiutum & unicè dilectum, cùm uiderim, affirmare poſſim. Nam ſi aut quid incideret, unde animi dubius ſe explicare non poſſet, aut aliorum immeritò grauaretur iniuria, ad hunc confugiens, expiriebatur, quamdiu uixit, candidè com-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

municantem rationes ſaluberrimorum conſilio-
rum plenas, & ad omnia officia promtiſſimum.
Sed ne in immenſum nobis excreſcat oratio, ſuf-
ficiat hæc, quoad mens potuit longiſſimè ſpa-
cium præteriti temporis reſpicere, & ab ipſo
noſtro cariſſimo præceptore audita recordari,
commemoraſſe. De curriculo uitæ eius in his
terris, ulterius nihil ſubijciam, ubi qua occaſio-
ne ad ipſum ego uenerim, & quas in ipſo uide-
rim uirtutes præcipuas, quàm poſſum compen-
dioſiſſimè, addidero. Annus iam agitur deci-
mus, ex quo me pater hortatu amicorum Ripas
primùm miſit, & quamuis tum uariæ ultro ci-
troq; factæ erant deliberationes, tamen ita for-
tuna conſilia moderabatur, ut conſultiſſimum
patri uideretur, me apud eum degere, qui gene-
ri noſtro cognationis & officiorum neceſſitu-
dine iunctus eſſet. Me uerò diſcedentem pa-
rens ita ad obſequium huic præſtandum, co-
hortabatur ſeriò, ut ſi qua de me oriretur que-
rela, non haberem in ipſo uoluntatis paternæ
integram & amicam beneuolentiam. Cùm
itaq; metuerem, ne me detruderet, quòd iampri-
dem interminatus erat ad negotia illa merca-
turæ, à quibus totus abhorrebam, in id omnes
intendebam neruos, ne quid committerem, quod
eum, quem unicè obſeruare iuſſus eram, offen-
deret. Omnia ad nutum & imperium eius fa-
cere, exeuntem & domum regredientem ſubſe-
qui,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

qui, uerba ac dicta mirari & tandem ſedulò annotare. Quod ille ubi animaduertiſſet, & quærendo progreſſum in literis exploraſſet, non tantùm me fidei M. IOhannis THomæ præceptoris mei perpetua obſeruantia colendi, qui tum ſcholæ præerat, diligenter commendauit, ſed & ipſe quod legerem domi horis à prandio & cœna, dabat. Viſum tum illi fuit me ab Homero initium ſumere debere, quem ad intelligendum poëtas & autores alios grauiſsimos, multùm conferre iudicauit. Et cùm pro ſua prudentia ſciret, omnia principia eſſe difficiliora, reddebat hæc mihi leuiora, poſito pro ſingulis libris perlectis præmio certo & narrationum ſuauiſsimarum commendatione. imitatus tum illos, de quibus ſemel atq; iterum elegantiſsimus poëta Lucretius, canit:

Nam ueluti pueris Abſinthia tetra medentes
Cùm dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoq; liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Abſinthi laticem, deceptaq; non capiatur,
Sed potius tali facto recreata ualeſcat:

Legebam igitur Homerum, à Valla in latinum ſermonem conuerſum, & eo finito hiſtoriarum autores ueteres & recentiores ordine.

ſic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ſic tamen, ut illi lectorum ſummam per interualla exponerem, & in Ephemerides locorum communium eius conſilio confectas, notatu digniora referrem. Hoc pacto eius in me amorem magis incendebam, & ad intimam eius familiaritatem mihi patefeci aditum. Cœpit enim poſtea non tanquam cum puero aut diſcipulo, ſed cum familiari & filio, communicare omnia: nihil denegare, quod curſum meum inceptum remorari putaret. nec ego tardius, quibus poteram officiolis, & debita reuerentia, meum declarabam animum: ita ut nuſquam à latere eius diſcederem, & ipſe aliquando in præſentia aliorum diceret, ſe cùm plurimos habuiſſet diſcipulos, neminem tamen inueniſſe me cariorem aut amicitiorem: nec poſſe ſibi perſuadere, quidquam interuenturum, quod animum in me propenſißimum mutare aut auertere poßit. Et ſi nullum aliud eſſet amoris eius in me argumentum aut monumentum, certè illud maximum eſt & erit apud me æternum, quod apud diſcedentem me domo eius, muneribus & lacrymis ſuis reliquit. Vtinam eſſet in me horum aliquid, quo in defunctum ualerem gratitudinis mutuæ ſignificationem exhibere. Tantus enim eſt meritorum eius in me cumulus, ut horum magnitudinem, ne cogitatione quidem concipere nedum eloqui poſſe me ſperem. Et quamuis ille ſua informatione placidißimis admonitionibus

&

& omnium officiorum ſtudijs nihil profuiſſet, ut profuit ſanè plurimùm: tamen hoc unico ſaltem uincerent beneficia eius meam tenuitatem, quòd me aſpectu & colloquio ſuo quotidiano frui conceßit. Nam horum ſola memoria, ut reliqua taceam, tantùm mihi profuit, & ſingulis horis prodeſt, ut nullis præceptis aut exemplis aliorum ad mores & uitam formandam, quoties uti liceat, indigeam. Quæ enim unquam fuit in aliquo uiro docto uirtus eximia, cuius in hoc non erat perfectio aut ſaltem initium? deficeret me tempus, ſi ſingulas recenſendo perſequi uellem. attamen cùm exempla honeſta animos generoſos extimulent, & tanquam methodo ad uirtutem perducant, præcipuas attingam & ſumma ſequar faſtigia rerum. Conſtat nullam eſſe Deo acceptam uirtutem quamlibet ſpecioſam, quæ ab homine ueræ religionis & ſalutaris cognitionis Dei ignaro proficiſcitur, ſed unicum eſſe lumen fidei Chriſtianæ, à quo prælucente omnes actiones laudabiles illuſtratæ, maieſtatem & dignitatem ſuam mutuantur. quod cùm in noſtro hoc, tam perſpicuos à ſe radios ſparſerit, ut in nullo neq; tempore neq; loco non effulſerit, non uideo, cur huius pietatem, modeſtiam, temperantiam & caſtitatem, ſummorum heroum uel Scipionum uel Catonum, non liceat præponere. Fuiſſe autem in eo non fucatum timorem Dei, inde patet, quòd

hunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

hunc Deus à prima ſtatim infantia in ſuam tutelam receptum, per uniuerſum uitæ curriculum, in grauiſsimis periculis defenderit: nec defenderit tantùm ſed & egregia eruditione & alijs donis ornauerit. At num fuit quiſpiam unquam uir magnus ſine afflatu diuino? num quiſpiam, niſi planè amens, fuit, qui ſine Deo ſe aliquid memorabile in ſtudijs diuinis & humanis conſecutum aſſeuerauerit? Initium enim ſapientiæ timor domini. Et, In maleuolam animam non introibit ſpiritus meus. Item: Quoniam deſiderat me, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum, inquit dominus. Hæc igitur in illo radix ueræ pietatis, profundebat ſuauiſsimos omnigenarum uirtutum fructus, & unum præ reliquis inſignem, inuocationis piæ ſtudium, quod in ipſo fuit tam ardens atq; frequens, ut uerè cum Macario cenſuerit, omnis boni inſtituti caput, & honeſtarum actionum uerticem, eſſe perſeuerantiam in oratione, cuius beneficio reliquas etiam uirtutes poſtulantes à Deo quotidie obtinere poſſumus. Qua de cauſa nihil inchoabat, cuius non principium à pijs precibus auſpicaretur. Vidi ſæpe ſolum, ante ſtratum, nudis inclinatis in terram genibus, ſi quod immineret malum publicum aut priuatum ominaretur, Deum ardentiſsimis ſuſpirijs deprecari. Nec dubito ipſius & pijſsimæ memoriæ M. IOHannis Tauſani ſuperintendentis olim eius loci, et poſt repurgatã doctrinam Euangelij,

gelij, apud nos Euangeliſtæ primi & conſtantißimi, preces multùm Reip. & Eccleſijs profuiſſe. neq; nunc dubitarem, ſi eiuſmodi multos in his bellorum ruinis coram ſe dominus inueniret ſtantes, quin quæ indies redduntur ampliores, aut ſuſtuliſſet aut ad aliquã finem ſalutarẽ Reip: perduxiſſet. Ex illo fonte timoris et agnitionis Dei, emanarunt duo limpidißimi riuuli, humilitatis & patientiæ. Vt enim intra ſuæ uocationis metas ſe continebat, ita neq; aliorum dona præ ſuis contemnebat, ſed fiducia promißionis auxilij diuini ſibi concreditum talentum, quantùm concedebatur, adaugebat. Et nullum fuit uitium, quod magis in alijs damnauit quàm Arrogantiæ. nec ſtultos tantùm ſed & amentes iudicabat ſuperbos, quòd non æſtimarent, quàm friuola ſit origo humana, cùm ab ipſis ſupplicijs uitam auſpicemur, & nudi cum lacrymis uitæ limen & lucem ingrediamur. deniq; non ortus, ſed & uniuerſæ uitæ curriculum adeò caſibus obnoxium, ut ne muſcæ quidem quantumuis celeriter uolantis, tam ſubita ſit mutatio. Porrò quod in rebus humanis præcipuum ducunt, ita in utraq; tam proſpera quam aduerſa fortuna, mentem moderari norat, ut in illa nec exultaret, nec in hac frangeretur: ſed animum erigeret ſupra minas, & promiſſa fortunæ ferret, quaſi accidere ſibi uoluiſſet. Credo inter pias cogitationes & aureum ſapientißimi Philoſophi præceptum ueniſſe in mentem. Vult enim nos Plato,

ſi quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ſi quid aduerſi acciderit,non noſmetipſos proſternere, atq;, ut pueri ſolent cùm offendunt in lapidem procidentes circa id quod læſit, eiulando moram trahere,ſed quod opportunißimum eſt aduerſus fortunæ ictus remedium,animum aſſuefacere, ut omißis lamentationibus præſtò adſit ad ſanandum & corrigendum, quod ægrotat. De morum modeſtia, integritate & grauitate ex antea acta uita iudicare cuiuis facilè eſt , & dicerem de his prolixius, niſi exiſtimarem ab eo, in quo hæ tantæ fuerunt, nihil immoderatum aut ab humanitate alienum poſſe uel debere expectari. Illud in parentes iam ſenio confectos memorabile gratæ pietatis exemplum, præterire non poſſum. Cùm enim nihil eſſet, qurd gratius fieri parentibus arbitraretur,quàm efficere,ut conſpectum & incrementum filiorum , ſæpius intuerentur , eamq; eſſe diuinæ benedictionis fœlicitatem in hac mortalitate potißimam: dedit operam, ut quotannis ſtato eoq; commodo anni tempore conuenirent , & adductis ſecum liberis antè ora parentum fratres & ſorores comparerent. Quod ita ordine & ſerie quadam continuatum, mirificè ſenes illos delectauit tantiſper, donec annorum pleni fœliciter è uita migrarent. Prædicabant inuentum hoc omnes qui audiuerunt , & hoc inuitati, etiam multi imitabantur. Poſtremò quàm fidelis fuerit œconomus myſteriorum Dei , quàm ueritatis & beneficentiæ ſtudioſus, labores & deſiderium de-

functi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

functi in animis honeſtiſſimorum ciuium relictum, declarant. Studium ueritatis in diuinis & humanis literis tantùm, ut plus profecerit multis alijs, qui hodie in maiori luce & copia probatiſſimorum autorum, commodiſſimis uſi occaſionibus, ſe ſapere maiorem in modum, uidentur. Et mirari ſatis non poſſum, tantùm potuiſſe in ſcholis & Eccleſijs, cuius tot tantaq; mala ingenium in iuuentute fregiſſent, memoriamq; & uires corporis debilitaſſent. ſed mirabilis Deus in ſanctis ſuis, qui infirma mundi eligit, ut confundat fortia. Reliquit poſt ſe ſcripta quædam licet non magno ingenij acumine elaborata, piæ tamen induſtriæ & honeſti otij ueſtigia. horum ſunt Similitudines, quæ nunc facta aliqua à nobis acceſſione, in gratiam eorum, qui uulgus publicè docturi ſunt, eduntur. Edituri ſi permittatur & otium concedatur conciones funebres uernacula lingua ab illo conſcriptas, in latinum à nobis conuerſas, eo ordine, quali à nemine hactenus ſunt uiſæ nedum euulgatæ. tum quæ eum hiſce grauiſſimis temporibus in Prophetam Amos meditatum eſſe accepimus. Ea uerò ſicut aliorum doctiorum lucubrationibus nec præpono, nec proponenda iudico: ita uiciſſim ut extare & conſeruari poſſit in his uitæ & diligentiæ eius memoria, laborare me oportet: an id aſſequar Deo & genio illorum permittendum uidetur. Induſtriæ ſuæ comitem habuit amorem ueritatis, quam ſingulari

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

conatu aſsiduè & ſolicitè quærebat: quæſitam ac inuentam ita conſtanter defendebat, ut nullius fauori, immò ne uitæ poſtponendam cenſuerit. Legit poſt patrum opera, libentiſsimè ſcripta Lutheri & Philippi, & ſi quæ aliorum ueritatis & pacis amantium laudabilia & utiliter edita habere poterat. *A contentioſis iſtis ingratorum ſycophantarum nugis toto pectore abhorrebat, & quotiescunq; horum incidebat mentio, audire erat ab illo,* ἐχθροὶ γὰρ μοι κεῖνοι ὁμῶσ ἀίδαο πύλῃσιν. *quid enim, ait, aliud agit iſte manipulus ſophiſtarum & Cleonum, niſi ut quemadmodum piſcatores aquam turbant, quò facilius anguillas capiant, ita illi Reſp. & ſcholas paſsim commoueant, terram cœlo (quod aiunt) miſceant & omnia inuoluant, ut interea aliquid ueteratorijs ſuis artibus conuaſent, & nomen malitioſa impudentia atq; improbitate nobile, ad poſteros transmittant. idq; ſolùm mihi agere uidentur, quòd cùm incendium excitarint, uelint id ruina, cùm aqua non poſſunt, extinguere. ſed eſt qui æquis hæc oculis aſpiciens ſuos defendit & petulantes cohercendo retundere poteſt.* *Hæc & his ſimilia ſæpe ſancto zelo commemorans, nos ſuos ad modeſtiam & ueritatem amplectendam cohortabatur, utpote quibus nihil nec Deo nec hominibus bonis gratius.* *Alterum quod his adiungebat erat incredibilis in illo beneficentia, quam publicè docendo & priuatim unumquemq;*

conſo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

conſolando, ut non tempus aut uigilias, ſed & uitam ipſam tandem in ſummis laboribus, profuderit. non is, cùm poſſet quod hodie alij faciunt multi, adminiſtro & diacono ſuo grauiores muneris partes impoſuit, ſed ipſe etiam ſponte ægrotos, ſi quos nouit, acceßit. Quot ille diſcordiarum ſemina ſuſtulerit, quot animas papiſticis nugis imbutas ac pertinaciter inhærentes ſua prudenti lenitate conuerterit, credo exempla adhuc in recenti multorum hærere memoria. In omnibus his tanta tolerantia laborum, ut una relinquente cum alia exciperet moleſtia, ſæpe ab aurora ad horam pomeridianam ſecundam aut ultra occupatus, tandem nondum guſtato cibo domum redierit. nec ille poſt negotia, mollius ſolito uiuebat, ſed tenui contentus apparatu, lectione hiſtoriæ alicuius iucundioris mihi impoſita, animum auſcultando recreabat. Pauperes uerò ita curæ fuêre illi, ut neſciam an unquam audierim uel legerim in homine quoquam maiorem. Ampla enim eſt & populoſa ſatis, quod multi ſciunt, ciuitas Ripenſis: & cùm apud diuites ubiuis gentium habitent egeni, maiorq; ſit plærumq; pars horum quàm illorum, id quoq; hoc loco ſic eſſe fateamur neceſſe eſt. At ille cùm omnibus uellet, quantùm poßibile, proſpectum miſeris, maximè tamen ſe affici miſerijs pauperum domeſticorum, non dißimulauit. itaq; cùm interdum ſua interceßione impetraret eleemoſynas publicas à nobi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

libus alijs, tum in primis à uiris clariſsimis (quos honoris cauſa nomino) Erico Rud & Dn. NIcolao LAnge, arcis Ripenſis præfectis regijs, dolebat ſibi pauperum omnium in tota urbe, non notam eſſe pariter inopiam, quò æqualis illarum fieret diſtributio. huic difficultati remedium excogitans, accerſitis ad ſe è ſingulis uicis, quibuſdam notioribus, ab his nomina reliquorum accepit, & in catalogum diſtinctim retulit. Vidi ipſum data occaſione ut certius exploraret quæ dubia erant, quorundam domos accedere, liberos numerare & de opificio ac cauſis inopiæ inquirere. Qua ratione effecit, ut nemo eſſet in tota urbe ciuis egenus, cuius non haberet fortunam & nomen cognitum. Et ita minori negotio, maiori fide eleemoſynam diuidebat: diuidebat autem ſuis manibus in ſuis ædibus, ut uerè poſſet dici pater pauperum: manus eius refrigerium famelicorum: domus receptaculum inopum. Doleo hæc mecum meditans, tam paucos eſſe hodie in miniſterio uerbi, qui curam pauperum, quam maximè Chriſtus ſuis commendauit, ad ſe pertinere putent: aut ſi putant, non tamen faciunt, quod ſe facturos decere ſciunt & interdū poſſunt. Alij cùm in lauta & benè aucta parte, non admodum recta uia aſcendentes, conſtituti fuerint, de miſeris Chriſti membris, quid fiat, non multùm ſunt ſoliciti, modò ipſi uoluptatibus abundent. Alij corradendo ad ſe omnia quæ cumulare poſſunt, ſeipſos ſi curent,

ſatis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ſatis actum exiſtimant. libet, ne quod nunc exci-dat uerbum aſperius, cum Perſio exclamare:

O curuæ in terras animæ & cœleſtium inanes.

Reſtat ut de altera cura, animarum uidelicet, dicamus, quæ quò illæ ſunt corpore nobiliores, tantò fuit maior, & tanta ut quod haberet in uita cariſsimum, uitam ipſam huic tandem impenderet. Orto enim in terris noſtris bello hoc, quod aliquot iam annis ducitur, unà etiam aut cum extraneis militibus, aut quacunq; alia occaſione, de qua iam non diſputo, illata eſt contagio peſtifera, quæ tam ſubitò diffudit uirus ſuum, ut paulatim in omnes regni partes & uicinas terras penetrando, peruaſerit. quod malum noſter optimus præceptor cùm primo huius belli anno ſuſpicaretur, ita ſe inſtruxit, ut quocunq; res caderet, aduenturum, parato animo expectarit. Teſtantur id eius ad me, cùm adhuc Lipſiæ eſſem, ſcriptæ literæ, in quibus de calamitatibus horum temporum conquerens, inter alia, ait, ſe animo cupido iam præſtolari ſolutionis ſuæ diem, quam & non procul abeſſe ſe infallibilibus colligere coniecturis affirmat. rogare itaq; me, ut ſi quid de obitu ſuo audierim, nolim liberis patre orbatis deeſſe, ſed quod coràm & abſens ſæpe facturum me receperim, pro ſua in me ſpe collocata, facere uelim ſedulò. Magnum inflixerunt hæ literæ animo meo uulnus, quòd & præter ſolitum ea ſcriberet &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

uideretur quaſi me officij admonere. reſcripſi quàm potui commodiſſimè, deferens debitam illi meam operam, rogansq; ne de mea fide ullam conciperet dubitationem, ſpem faciebam, me illum exacto uno ad ſummum anno uiſurum, interea cupere eum de ſe meliora ſperare & polliceri. Verùm aſſumente lue peſtifera indies uires maiores ita ut Ripas *etiam perueniret, docuit euentus, illum nil falſi ſibi præſagiiſſe. Cùm enim ſuum gregem deſerere nollet, & omnes qui uocarent (uocabant autem frequentiſſimè) accederet: tandem cùm mitior fieret peſtis & is iam quaſi miles emeritus triumphare alios multos iuuiſſet, in eius quoq; ædes illa irrupit. quæ non tantùm liberos omnes corripuit, ſed & ipſam coniugem, ex quibus hæc ſola cum filiola una euaſerunt. neq; dum conualuerant hæ, cùm ipſe certa aduentantis mali ſigna in ſe deprehenderet, & paulatim adeo premeretur, ut lecto affligeretur. quod cùm in oppido increbuiſſet, accurrebant ad eum ex ciuibus, qui urbe metu non receſſerant, optimates quiq;, mirum in modum pro ipſo ſoliciti, afferentes remedia quæ poterant excogitare præſentiſſima. ſed placuit* Deo opt. max. *cum his malis tandem eripere & ad ſe transferre, nec decubuerat diu, quando aucta ui morbi die quadam, quæ erat Auguſti decima quarta, præſentiret & diceret ipſe, ſibi hinc migrandum. id ubi ciuitati innotuiſſet, ſtatim aderant circa horam ueſpertinam ſextam,*

uiri

uiri optimi Olaus Petri conſul, NIcolaus Toſchou urbis prætor & honeſta matrona Anna, uidua relicta conſulis piæ memoriæ Georgij Iulij, & cum his tot alij, ut ædes uix aduenientes caperent. ibi ille ſe in lecto erigi poſtulans, ad aſtantes conuerſus, flentes grauißima oratione conſolabatur. Deinde filiæ natu maximæ SVſannæ (quam unicè ſemper dilexit) in urbem huius gratiæ cum uiro reuerſæ, & cæteris peramanter ualedicens, rerum quarundam præcipuè ſepulturæ curam demandauit. Poſtremò omnem cogitationem à terrenis ad cœleſtia abſtrahens & itineri ſe accingens, ab aſtantibus, pro ſuis omnibus, unicum & extremum in uita repetebat officium, rogans, ut ſinguli & orantem ipſum, pijs animorum motibus ſubſequerentur, & ſecum ipſi ardentibus uotis orarent, ut Deus in ſeruo ſuo ſupplice & imbecillo fidem adaugeret, & auctam ad halitum uitæ ſupremum, per & propter filium, redemptorem humani generis Ieſum Chriſtum, conſeruare dignaretur. Quod illi, multis cum lacrymis, & ipſe clara uoce ſuas preces certis formulis conceptas recitando, ubi abſoluiſſent, rurſum is modice reclinato capite, aſtantem collegam audiuit, & poſt exiguum temporis momentum, animam munere Dei ultra annos quinquaginta quatuor conceſſam, Deo commendatam expirauit. Eo ipſo die huius anni, qui fuit à partu uirginis 1565, ego ex Miſnia reuerſus, ad patrias ædes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

unde annos quatuor abſueram, redibam. Et conſtitueram mecum eueſtigio ad ipſum meo reditu conſolandum excurrere, ſed antequam aut iter ingrederer, aut de eius morbo quidquam audirem, acerbiſsimus de obitu eius afferebatur mihi nuntius, qui tanto mœrore me conſternabat totum, quantò quiſquam unquam, amiſſo patre, præceptore & cognato cariſsimo, affici ſe poſſe expertus eſt. Amiſeram prius, ante paucas ſeptimanas, plurimum mihi fauentem, GEorgium Brahe, uirum pietate & humanitate eximia, & totius rei militaris ſcientia nulli noſtrorum nobilium ſecundum. Concurrebant igitur tam multa ſimul infortunia uno anno, quæ ita me premebant, ut quod non oppreſserint, agnoſcam diuinæ bonitatis beneficium. Erigebam tamen animum, in recenti hoc uulnere, hoc potiſsimùm fulcro, quòd audirem præceptorem meum longè cariſsimum, tam pio, tam conſtanti & tam fœlici fine uitam clauſiſſe, & cupidè atq; placidè ex his miſerijs in cœleſtem aulam commigraſſe. Liberos quoq;, optimæ ſpei pueros, adeò ſine tremore & conſternatione obdormiſſe, quòd ſe inuicem conſolantes & cohortantes Pſalmos aliquot pios, uoce alacri ſub ipſam mortis horam, concinnuerint. Et nunc quoq; quoniam diuinæ uoluntati ſic uiſum uideo, gratulor illis omnibus meliorem uitam, ubi horum temporum præteritis & impendentibus malis exempti, uerè fruuntur quiete æterna, expectantes

coro-

coronam iuſtitiæ, quam reddat illis dominus in die illa, qui eſt iuſtus iudex.

Vobis autem ciues Ripenſes, uiri pietate, eruditione, prudentia, humanitate inſignes, gratias ago, quòd præceptorem uiuum, in gloriam Dei, & communem patriæ utilitatem, ueſtro fauore et præmijs apud uos fouiſtis: & mortuum cum liberis honorifica ſepultura non ſine publico luctu, ornaſtis. Tibi quoq; ornatiſsime & doctiſsime Dn. doctor IOhannes FRanciſce, nomine defunctorum gratiam habeo quàm poſſum maximam, propter gratæ in præceptorem, & propenſæ in huius filios uoluntatis certiſsima inditia, quæ de his apud te in noſtra Academia alendis, paulo antè obitum illorum, cùm Haffniæ tecum colloquerer, declaraſti. ſublati ſunt hi nunc in aliam ſcholam, ubi quæ nos hic per ænigmata etiam difficulter uidemus, illi omnia & Deum ipſum à facie ad faciem uiſuri ſunt. Expectabis tamen à mea tenuitate quæcunq; ad dignitatem tuam tuendam atq; augendam facere poſsint omnia: à Deo præmia animo iſto tuo grato & pio digniſsima.

Dixi, frater amantiſsime, de uita & obitu communis præceptoris, quantùm otium & ingenium conceſſerunt. quòd ſi cui tenuiora hæc uidentur, is ſecum cogitet uelim, me neq; hic eloquentiæ aut eruditionis (quorum neutrum eſt in me excellens) ſpecimen, ſed in cognatum optimè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

de me meritum, meritæ gratitudinis exemplum ſtatuiſſe edere. Neq; nego multa præterita, quòd nimis procul à nobis eſſent, qui nos dubitantes redderent certiores. Quod ſupereſt: Tibi æterni Dei filio domino noſtro Ieſu Chriſto, ſedenti ad dexteram patris, & largienti dona hominibus, gratias ago, quod huius uiri & aliorum doctorum opera lucem Euangelij tui accendiſti, & huius miniſterio colligis tibi apud nos Eccleſiam, & politias hoſpitia Eccleſiæ in uera concordia unitæ, clementer conſeruas. Teq; oro, ne extingui ſinas lucem tui uerbi apud nos, ſed Spiritu tuo ſancto regas docentes & diſcentes, & in bellorum tumultibus tuam ſponſam dilectam reſpicias, propter nomen & ſemen ſanctum tuum, ut fiant tibi apud nos quædam grata & placentia,

Amen.

ELO-

ECLOGA.

MELISÆVS.

ÆGON. ALGENVS.

THYRSIS.

QVo, patris extincti Meliſæi, carmine
(manes,
Thyrſis & Algenus decorarunt, dicite Muſæ:
Quas lacrymas & quæ querulis ſuſpiria cannis
Fundebant, tumulo quando ſolennia uota
Inſtaurare, nouas atq; inſuper addere laudes
Iuſsit, VVelleis AEgon qui paſtor in aruis
Mille ſuos numerat geminis ſub montibus hæ-
Dicite Piërides, uelut huic mitiſsima uiuo, (dos:
Sic quoq; defuncti placidiſsima numina fatis.

Fortè ſub umbroſis, multùm denſa ilice ramis
Plurima quà patriæ ſyluæ ſunt luſtra ferarum,
Sederat Algenus iuncto ſibi Thyrſide: cuſtos
Hic ouium, ille puer primis aſſuetus ab annis
Cingere piniferos ſolerti indagine ſaltus,
Raraq; præcipites agitare in retia ceruos.
Ambo cultores nemorum, ambo fingere docti
Dulce Syracuſia deductum carmen auena.
Par ætas, parilis forma & decor oris, utriq;
Vernabant tenui roſeæ lanugine malæ,
Et patria nati communi & ſanguine iuncti.
Quos prior ut uidit cœpit ſic talibus AEgon.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

AEG. Ergò ego ſolicitus clamoſis uallibus er-
(rans,
Vos dum quæſitum nequicquam immania campi
AEquora Ronſſæi luſtro, nemorumq; receſſus,
Hic tandem? certè ſeu uos faſtidia, noſtri
Pauperis à tuguri fumoſo culmine terrent,
Siue ſuperba nouas teneat fiducia mentes:
His aliquot certum eſt impendere luſibus horas.
Incuſtoditum quamuis pecus uberis arui
Per ſepes: per & eggeſtas celſo aggere foſſas
Puniceum irrumpat laſciua capella roſetum.
Nunquam hodie mittam prius hoc diſcedere luco,
Veſtra pios mihi quàm Meliſæi tibia manes
Placarit, iuſtis cuius nos maxima uotis
Gratia damnauit: nec enim hæc indebita poſcit
Præmia, multorum ſeries immenſa laborum.
Pro gregis & noſtri quos pertulit ille ſalute.
Si placet in noſtrum, Muſis gratum, ibitis antrum,
Hic leni ſaliens admurmurat unda ſuſurro,
Et blandi ſpirant Zephyri, generoſa racemis
Luxuriat foribus uitis, lambuntq; patentes
Flexibiles Ederæ, fœcunda ſtirpe feneſtras:
Hic pictis cyathis Ariuſia uina benignè
Suppeditet Phyllis, neq; mollia ceraſa deſint,
Et quæ ruris opes ſunt cætera munera diuûm.
Aut potius modicè dextros flectamus in agros,
Grandis ubi aërijs Hognoſia nubibus æquat
Abruptos colles, & florida prata perennis
Riuulus humectat: tumulum hic erexit inanem
Vmbris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Vmbris ſacratum Meliſæi ruſtica pubes.
En ut marmoreis quatuor ſublime columnis
Ceſpite gramineo ſuffultum, & flore uireſcit
Vndiq; odorato monumentum : talia grati
O grati Agricolæ ueſtro feciſtis alumno ?
Quid nos ? conifera tumulum cumulabo cupreſ-
Et paphijs myrtis : immortales Amaranthos (ſo,
Candidulis miſcebo Roſis, humilesq; Myricas
Inijtiam Violis : folijs bicoloribus Arum
Addam Iuniperos, carie impenetrabile robur.
Algent interea ueteres ordire querelas
Quas retro curſum flexit miratus Eliſter,
Atq; unà fleuit Xanto Xantusq; ſorores.
Incipe pone arcum & lato uenabula ferro,
Implicitas iuxta pedicas & tortile cornu
Frondoſo religa patulæ ſub tegmine fagi.

ALG. Rectè equidem monuiſti AEgon, teſtan-
(tur amorem
Germanum in cineres tua dicta & facta ſepulti.
Heu quàm rara fides, & uix de millibus unus
Quem penes extincti nomen perdurat amici.
Vos liquidos fluuios & amantes flumina Nym-
Vos ego fatidicos lucos, & Dodonæo (phas,
Robora ſacra Ioui, uos ampli mœnia mundi
Cœlorumq; globos errantes iuro, futuros
Nos huius memores & nunc & ſemper honorum.
Nec quidquam, donec uitæ his iam fungimur au-
Triſtius auditum Meliſæi morte, paterno (ris
Qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Qui nos à teneris annis complexus amore,
Agreſtes docuit calamos inflare, ſonorum
Diſparibuſq; melos uariè formare cicutis.
Quàm placidos monitus, quã dicta ſalubria uitæ
Suggeßit? memini ah memini peregrinus in o-
Externas abiturus eram, niuea ora genaſq; (ras
Purpureas, rudibus lacrymis Galathea rigabat,
Complebatq́; ſuo reſonas ualles ululatu,
Noſter amor, cariq; decus Galathea parentis.
Ille, hoc extremum, dixit, cape pignus amoris,
(Nobile munus erant Thrax arcus, Creſſa pha-
(retra)
I fauſtus, redeaſq; citò: hîc uox faucibus hæſit:
Ceruicẽ aduertit, nã plurima gutta pudicis
Deſtillans oculis, reliquum ſermonis ademit.
Scilicet uſq; adeo fracti mœroribus omnes,
Omine neſcio quo: ſupremi triſtia credo
Signa uale. Obliquum iam ſol quater aureus or-
Abſoluit, mediũ de more iterumq́; peregit, (bem
AEſtiferi fulua radians ceruice Leonis:
Cùm miſer eluctans curis, natale reuiſo
Rus, dilecta caſæ uix poſtibus oſcula figo,
Infelix rumor trepidas ut uulnerat aures:
Phunduſijs cecidit, cecidit Meliſæus in aruis.
Sic ego, ſic habeo fatis inimica nouercæ
Munera Fortunæ, ſic nos crudelia nuſquam
Propitio aſtra uident poſitu: non tãgere dextrã,
Non gelidis licuit flentem morientis in ulnis
Hæſiſſe, aut tremulis digitis occludere ſaltem
Frigida

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Frigida læthæos imitantia lumina ſomnos?
O nimis immitem miſero Rhamnuſidis iram,
O nimis innocuo pecori, & fors ſæua colonis,
Pandite uos mihi quæ facies triſtiſsima campi,
Et campo pecudum latè ſuſpiria, Muſæ:
Vos tumulo caſiam, gramen benè olentis Amo-
Et de peſtano contextas flore corollas (mi
Fudiſtis pleno gremio: collectus in orbem
Vos circũ ſtabat mœrens grex, immemor herbæ,
Immemor ilignis guſtare canalibus undam.
Chaoniæ (teſtes coryli) ingemuêre columbæ,
Nec gemere aëria ceſſauit turtur ab ulmo,
Ceu ſolet amiſſa nidi conſorte: cicadis
Vox deerat, nullam reſonabat Acanthida du-
Ipſi etiam domino cari, dominoq; fideles (mus.
Gnoſius Ichnobates, & ſtirps non tarda Melam-
Gentis Amyclcæ, deformia grandibus ora (pus
Explebãt lacrymis, gemitusq; dedêre profundos.
Salue igitur ſancti Meliſæi nobilis umbra
Aſtrifera fœlix habitas ſeu ciuis in aula
Aut cœli iam facta potens, Phryxeia mulces
Vellera, ſub pedibusq; orbem aſpicis, aſpicis ortu
Nos hilari, reſerans genialis tempora ueris
Proſpera lanigero pecori pecorumq; magiſtris.
Nos apud æternùm florens tua fama uirebit,
Dum rigido glebas proſcindet uomere inertes
Agricola, & grauidas calcabit uinitor uuas,
Dum montana Pales pecuaria, amabit apesq;
Allicient croceis halantes floribus horti,

Nos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Nos apud æternùm florens tua fama uirebit
Fundamusq; tibi libamina iuſta quotannis.
Interea hæc AEgon parijs incide columnis
Carmina, ſuſpirent olim quæ fortè legentes
Bucera cum potum ducant armenta, minores.
Mollibus in ſtabulis, & qui cerealibus aruis
Pauiſti, aduerſus morbos rabiemq; luporum
Defendens teneras multa cum laude bidentes,
Hunc tibi poſteritas tumulum Meliſæe ſacrauit.

AEG. Macte pia Iuuenis nulli uirtute ſecunde,
Inter honoratos non infima fama poetas.
Quàm gratus fons eſt, dulcis flos, herba ſuauis,
Hybla apibus, cityſum capris, ſitientibus Aon,
Tam mihi cor leni reficit tua tibia cantu.
Redde uicem Thyrſi, alternis non parua uoluptas.
THYR. Fas, Grynææ pater, nulli tentata prio
Scandere inacceſſæ cirrhæ loca, nullius alto (rum
Orbita quo prius impreſsit ueſtigia cliuo,
Prima quid his auſa eſt Meliſæi fiſtula ſyluis.

Annua paſtores celebrabant feſta frequentes,
Et ueterum accepta, iuſſu, aſſuetudine patrum,
Crebro exercebat ſaltu ſe læta Iuuentus,
Plenaq; ſpumanti libauit cimbia lacte.
Verùm ætas quorum grauibus maturior annis,
Hi uiridi circa Meliſæum in gramine fuſi,
Intenti patulas aures atq; ora tenebant:
Proximus ipſe fui & crudo ſic uerba notaui
Cortice, ſi numeros memori modò mente recordor.

Non

Non nobis eſt, paſtores, communis origo
Et pecori, multùm diuerſo naſcimur ortu.
Nos animæ trahimus ſupero primordia cœlo,
Hoc uelut inferiore capit ſpiramen ab aura,
Sic craſſo pariter uitam cum ſanguine fundit,
Nos licet infeſtæ cogamur ſpicula mortis
Ferre, tamen uaga mens nigrarum iura ſororũ
Reſpuit, & corpus quamuis mortale putreſcat,
Illa infiniti ſæcli perdurat in æuum,
Præmia pro uitæ factis ſua quæq; reportans.
Ergò homini tantùm cœli ſublime theatrum
Erecto ſpectare datum, cùm cætera prono
Ore ſolum uideant & ſorte fruantur iniqua.
Vt memor unde ſuo generi, alma exordia duxit,
Exuto cupiat diſſolui carcere mundi,
Et meritis puræ fidei ſperando ſalutem,
Reſtitui patriæ templis cœleſtibus aulæ.
Nam bonus ingrediens uirtutis tramite recto,
Compoſitum ius faſq; animi qui exercuit, et non
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem,
Mutua ſed reddens conceſſæ munera uitæ
Autori, placidè ſoluit: migranſq; libenter,
Fine coronauit curſus extrema beato,
Omnia in hunc fruſtra ſua lethũ (haſtilia uibrat
Non aliter, quàm cùm ſqualenti fortè colubro
Inuento plena ad præſepia, ſoluimus artus
Falce uenenatos: hic ſibila colla tumeſcens
Nec leuat, in morſum aut linguis mouet ora tri-
ſulcis:
At tardos geminans caudæ ſinus ultimus orbes,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Vi tamen hoſtili nequicquam animatur in iras,
Donec in aduerſis tandem Sol montibus umbras
Duplicet, & ſera uultus cum nocte recondat.
Sic noua progenies cœlo demiſſa, ſalutem
Qui meruit generi humano, moriendo draconi
Antiquo caput attriuit, uimq́; abſtulit omnem
Lethiferam, ut quamuis ictus molirier auſit,
Sit tantũ is ſpecie tenus horridus atq; tremẽdus,
Donec in excelſa, Deus adſit nube, triumphans,
Et truncum multa ſanie taboq; fluentem,
Cum reprobis tradi æternos mandabit in ignes.
    At ſua non animas in corpora poſſe reuerti
Si dubitatis adhuc, non longè exempla petantur.
Cernite triſtis hyems canos hirſuta capillos,
Dum ualidis terras uentis & grandine perflat,
Vt pratis & agris uis omnis ademta uidetur.
Illa tamen radice latet, penitusq́; medullis
Herbarũ reſidet: Vernis ubi frigora & imbres
Ceſſerunt Zephyris, campo ſe prodit aperto
Tum quæ perpetuis pluuijs enecta putares
Semina, diuiduis ſurgunt denſo agmine ſulcis.
Qui tenuis fuit ante frutex, ſublime cacumen
Exerit ad nubes ramis florentibus arbor:
Quæq; prius uites uelut arida ligna iacebant,
Nodoſo trudunt lætas de palmite gemmas,
Brachia diffuſis folijs ornantq; corimbis.
Fragrantes igitur tepidi noua munera ueris
Cùm legitis flores, aut candida lilia ſertis
Nectitis, & flaua campus pubeſcit ariſta.
Quid diuina poteſt, memores eſtote, poteſtas,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Et mea pectoribus uerba hæc inſcribite ueſtris.
Talia reſponſis, meliora oracula, Phœbi,
Paſtores docuit grata Meliſæus in umbra.
Nunc ille exemtus curis, & noſtra premuntur
Rura quibus longis (Dij finem imponite) bellis
Liber, in optata ſecurus pace quieſcit.
Nos, quoſcunq; ferat caſus, ſors aſpera Martis,
Seu ſic ambiguus fatorum uoluitur ordo,
Aut ea commißis ſceleratis debita pœna eſt?
Huius ad exemplum non ægra mente feramus:
Sed laceras quo quiſq; poteſt conamine caulas
Sarciat, & molles ſtudioſè enutriat agnos
Vt ſua uotiuas diuûm pars imbuat aras,
Et ſua communis uitæ pars cedat in uſus.

AEG. Quæ uobis, cari Iuuenes, pro carmine tali
Dona feram? digno non poſſum munere? uotis
Explebo. ſolus Thyrſis ſuccedere Ripis
Phunduſijs, ſolus deſertum dignus ouile
Qui regat. Algenus mecũ his reſidebit in aruis,
Et quà uicinos piſcoſo limite montes
Diuidit (en ſyluas) electro purior amnis,
Sæpe fatigatos minus exercere Moloſſos
Aptus, uocali ſoletur arundine mœſtum.
Cogite balantes, pueri, de rupibus hædos,
Maturare ſuo illuſtris iubet Heſperus ortu.

Optimè de ſe merito pat: & præ-
cep. F. Andreas Seuerinus
VVelleius.

EPICEDIVM ORNATISSIMI VIRI PIETATE ERVDITIONE ET VIRTVTE, PRAESTANTIS D. IOHANNIS PETRI GRVNDITH,

qui Scholam & Eccleſiam Ripenſem in Cimbrica Cherſoneſo, multos annos fideliter docuit, & proxima peſte correptus piè in fiducia & confeßione filij Dei, domini noſtri Ieſu Chriſti, obdormiuit die 14 Auguſti, Anno 1565.

TE quoq; te nobis GRVNDITHE colende peremit
Cum multis, dira peſtis iniqua manu:
Quo neq; uir melior, patriæ nec amantior alter,
Vix etiam utilior forſitan alter erat.
Qui uitam ſtudijs Muſiſq; impenderat omnem,
Sed ſtudium ad laudes rettulit omne Dei.
Seu pueros iuuenis, iuuenes uir ſiue doceret,
(Hæc nam prima illi tradita Sparta fuit)
Siue propagaret docili ſermone frequentem
Ad populum, æterni iuſſa uerenda Dei.
Id cura & ſtudijs, id totis uiribus egit,
Vt facere, & poſſet, dicere grata Deo.

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Et fecit dixitq; illi gratiſsima: Chriſto
Illius ut linguam ſic moderante manus.
Inq; aſsignata miles ſtatione tot annos
Peruigil, at robur numine dante ſtetit.
Donec ubi curuo trifidæ ſtant littore RIPAE,
Et clauſa occiduo eſt Cimbrica terra mari:
Extremum uitæ duriſq; laboribus actum
Impoſuit: carum depoſuitq; caput.
Hic pubem, hic populos, & uita & uoce magiſter,
In ſchola & in templis ſedulus erudijt.
Tempus erat toto, quo Mars diſcordibus armis
Exciret cædes impius orbe nouas:
Et ſimul ingruerant ſæuæ contagia peſtis,
Vnius exq; alio longa catena mali.
Submotis etiam ſecreto in littore RIPIS,
Se potuit grauis hæc inſinuare lues.
Et citò tabificum longè lateq; uenenum
Fundere, & in quaſuis clam penetrare domos.
Tum paſsim ex omni denſari funera ſexu,
Atq; una pueros falce rapiq; ſenes:
Tùm uerò accinctum Grundithum ſæpe uideres,
Inter ſemianimes ſtare, ſedere, loqui.
Cumq; ipſo ſacros miſeranda in ſorte miniſtros
Officij ſocias triſtis obire uices.
Et certare pijs dictis cum tanto ululatu,
Quantus erat, lacrymas cùm domus omnis habet.
Et uiui manſère illi, (miſerabile) quāquā
Afflatu aut tactu res nocet iſta leui.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Et iam penè malum hoc uires uiruſq; remiſit,
Et rarum tota funus in urbe fuit.
Nec magis in uulgus deſæuit acuta ueneni
Vis, ipſos petijt iam ſcelerata duces.
VILHELMVMq; ſtatim properato funere (merſit
Cui munus, Chriſti uerba docere, fuit.
Qui multùm ingenio, ſed & haud minus arte (ualebat,
Nec merita illius parua fuêre uiri.
Occidit illa graui luctu temerata, uenitq;
Altera, ſed lacrymis non minus aucta, (dies.
Ah dolor, extremum hîc urbe exceſſura, ſubin- (trat
Grundithe in thalamum peſtis auara tuū.
Quatuor infecit, dulciſsima pignora gnatos:
Vno bina die funera, bina alio.
Vidiſti ſobolem genitor iam morte teneri,
Raptaq; diuiduo corpore membra mori.
Vidiſti at dulces animas hos reddere cœlo,
Solante & dictis te præeunte pijs.
Iam mœrens: aliud neq; ſtorga tenerrima paſſa (eſt,
Vel plus, uel certè ſemiſepultus eras.
Parce precor, ſatis eſt ſæuitum, parce tibi ipſi,
Et reliquæ curam poſteritatis habe.
Tuq; impura lues hinc tandem abſiſtito, ſaluum
Ah tantùm nobis hoc caput eſſe uelis.
Hei quid agis? tibi nec parcis Grundithe, rapa- (ces
Nec mors cōpeſcit perfidioſa manus.
Quàm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Quàm citò mortifera liquefecit pectora tabe:
Spiritibusq; altum miſcuit illa malum.
Tum ſic alloqueris caros moribundus amicos,
Conſortemq; tui, quæ fuit Anna, thori.
Parcite, ne uano uos & me affligite luctu,
Quin ſocio noſtras corde iuuate preces.
Parendum eſt Chriſto, migrandum hoc carcere
(uitæ eſt
In uitam: illa mihi eſt uita, uidere Deum.
Quid mihi plus anni poſſent conferre ſeniles.
Fida iacent noſtræ ſubruta fulcra domus?
Et confecta iacet ſæuo plebs ciuica fato,
Diſcipula ante diu quæ mihi turba fuit.
Huic ueluti uita, quod ſpero, & uoce præibam:
Sic ero nunc tanti pars quotacunq; gregis.
Credite, ſubducor, quæ iam diuturna trahuntur
Multis (uos forti pectore ferte) malis.
Vixi, de uita mihi ſolùm hoc aufero: Chriſtum
Quòd didici, atq; alios, ut potui, docui.
Hac mi Chriſte uolo, quia tu uis, claudere meta
Vitam hanc, ô miſeræ nil niſi mortis opus.
Per te, te obteſtor mihi ueræ ſis uia uitæ,
Sic mihi cùm dulce eſt uiuere, dulce mo-
(ri eſt.
Me tibi reddo, mihi qui te moriture dediſti,
Hancq; tuæ accipiant Chriſte manus ani-
(mam.
Dixerat, & placido ſubmiſit lumina ſomno,
Tradidit inq; tuas Chriſte manus ani-
(mam

Cui meruit, uitamq́; egit cuī miles honeſtam,
Et quem iuſtifica prenderat uſq; fide.
Salue anima ô felix, patrio iam reddita cœlo,
Salue & ſperatis utere delitijs.
Nos tenui, id ſolùm poteramus, carmine nomen
Proſequimur, meritis præmia parua tuis.
Te patriæ ereptum flentes hoc tempore, quando
Vt te præcipuè, ſpes, frueremur, erat.
Spes una at reliqua eſt: Chriſtus uireſq; modumq́;
Sarciat, ut noſtri damna doloris, habet.
Qui furibundi inter Satanæ mundiq́; fragores,
Audiri uocem uultq; iubetq́; ſuam.
Ille dabit (quò det nos ſupplice uoce rogamus)
Agmina diuini fida miniſterij.
Ille & ſeruabit, faciet, feret, ille fouebit
Cœtum aliquem, proprij propter honoris (opus.
Omnia ut intereant, ruat alto à cardine cœlum,
Et natura nouis aggemat ipſa malis:
Semper erunt aliqui, Chriſti qui oracula diſcent,
Quiq; Dei celebrent nomina, ſemper erūt.

Scriptum à Petro
Hegelio Ripenſi.

EIVS

EIVSDEM AD M. ANDREAM VELLEIVM CIMBRVM, IN PATRIAM Viteberga diſcedentem elegia προπεμπτική.

Et memini, & grata eſt animo meminiſſe uoluptas,
Sæpe etiam uotis, crede, requiro meis,
Quos mihi nota fides ſtudiumq; dedêre ſodales,
Et parilis uitæ propoſitiq; labor.
Quanquam aliquos patrijs longè loca diſsita (terris
Iam teneant, noſtro uix adeunda pede,
Vt ſumus huc illuc ſparſi, uarijſq; moramur
Sedibus, antè cohors unius una ſcolæ.
Credibile eſt etiam, ceu ſunt humana, reflectat
Huc alter propius, longius alter eat.
Inq; has tranſiliet, quas ante haud credidit, oras,
Vt uolat artifici torta ſagitta manu.
Et Deus eſt tali qui concitat impete mentes,
Quiq; ullis habiles uſibus eſſe facit.
Qui uelut è plena depromens tela pharetra,
Conijcit in uarium ſpicula certa ſcopum.
Atq; alios alijs, quibus eſt opus, uſibus aptat,
Quos hærere ſuo uultq; facitq; loco.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Intereà dulces ubicunq; morentur amici,
Semper erunt animo cura repoſta meo.
Semper inoblito reſidebunt nomina corde,
Nec niſi mors noſtri finis amoris erit.
Tu quoq; iam gelidos properans Aquilonis ad ortus
Velleie ô patriæ fama decuſq; tuæ.
Elabi noſtra nequeas cùm mente, uiciſsim
Sim tibi, ſiſq; itidem mutua cura mihi.
Ibis ad optatos, namq; ire iuberis, amicos,
Fac citò ſit reditu læta VIELLA tuo.
Blanda profecturum deducent numina Muſæ,
Inclyta quas Albis, quas & Eliſter habet,
Nam tibi non paruo quas conciliaueris uſu,
Hæ comites fallent tædia longa uiæ,
Tandem ubi contigeris patriæ dulciſsima terræ
Limina, lætitiæ ſit tibi cauſa nouæ:
Quòd patrem inuenias uiridi ſupereſſe ſenecta,
Et dulci fratres cum genitrice tuos.
Cætera quæ exercent incommoda publica noſtros,
Forti animo & precibus ſunt releuanda pijs.
Carpe uiam, numen quà monſtrat & ardua uirtus.
I, ſocijs illis inuia nulla uia eſt.

ΠΡΟ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΟΝ

VIRO ERVDITIONE ET PIETATE PRÆSTANTI, M. ANDREAE SEVERINO, familiari & amico ſuo Viteberga in patriam eunti,

Scriptum

à

IACOBO MATTHIA

Arhuſienſi.

Πῆ, φίλε, πῆ σπεύδεις λείπων ἐριήρας ἑταίρους,
Μουσάων τε πόλιν ζαθέην, καὶ λευκὰ κάρηνα
οὔρεος, οὗ ναίουσι κόραι Διὸς ἐκγεγαυῖαι,
νύμφαι τ᾽ ἀλβιάδες ξανθότριχες ἀργυρόπεζαι,
αἵ σε μάλ᾽ ἀσφαλέως ἁγνῇ ποθέουσιν ἐρωῇ:
καὶ νῦν σεῦ ἀπιόντος ἀθέσφατα δάκρυα πᾶσαι
λείβουσαι στοναχοῦσι, καλὸν δ᾽ ἄρα τήκετο σῶμα.
ἦ τάχα προερχόμενος βαίνεις ἐπὶ πατρίδα γαῖαν;
πατρὶς γὰρ πάντεσσι φίλη καὶ ἐπήρατός ἐστι
δεῖξε δὲ τοῦτ᾽ Ὀδυσεύς, ὃς ἀλώμενος ἄλγεα πάσχε
πολλὰ μὲν ἐν γαίῃ καὶ πολλ᾽ ἐνὶ κύμασι πόντου.
ἦν δὲ καὶ ἡδὺ μένειν παρὰ Κίρκην ἠδὲ Καλυψὼ
ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὣς μικρῆς Ἰθάκης ἐπελήθετο πάμπαν.
καὶ σὲ μὲν ἄρτι πάτρης γλυκερῆς γλυκὺς ἵμερος εἷλε,
ἐυπλόκαμοι δὲ καλοῦσι θεαὶ νηρηΐδες ἄλλαι, (κει
τὰς τέκεν ἠελίῳ ὑπεριόνι πότνια Βάλθη,
ἀλλ᾽ ἔμπης ἄγε μὲν ὄρ, ἐπειγόμενός περ ὁδοῖο,

ὄφρ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

ὄφρ᾽ αὐτὸς μούσας ζώσαι, καὶ εἵμασι καλοῖς
κοσμῆσαι δύναμαι, ὅτι σοι ἐθέλουσιν ὀπηδεῖν,
βλέψουσαι σεὸ πάτραν, ἐϋκτιμένην τε ΒΙΕΛΛΑΝ,
ἣ χάριν ἀμφίχεον πολλὴν νύμφαι βαθύκολποι:
οὐδὲ τὸ κωρύκιον σπέος αὐτῆς ἥδιον ἐστί.
ἐν τινὶ γὰρ βήσσῃ κεῖται γλαφυρῷ τε βατεῖ τε·
ἀμφί μιν εὐδένδροις στεφανοῦσιν ἐν οὔρεσιν ὕλαι,
πὰρ δ᾽ αὐτὴν χλοεροὶ λειμῶνες καὶ λεχεποῖοι
τὴν δὲ βρέχει μέσσην καλλίρροον ἀγλαὸν ὕδωρ
νηϊάδες λοῦσαν τοῦ πολλάκι καὶ χόρον ἦγον.
οὐδὲ Ποσειδάων αὐτῆς ἀμελὴς ἐνοσίχθων
ἀλλ᾽ αὐτὴν δολιχοῖσιν ἐπέρχεται ἀτραπίτοισιν,
ἠδὲ μιν ἐπικλύζει ψυθιρίσμασιν ἡδέσι βομβῶν.
τὴν δὲ σέθεν πάτρης βλέψαι θαλερὴν μεμαυῖαι
πᾶσαι Πιερίδες μενέαινον ὁμήλυδες εἶναι. (σῆς
τὰς ὁπότ᾽ εἰς πτόλεθρον πάτριον μετὰ σφοῦ κομίσ=
δή τότε φαιδρότερον, πολὺ μᾶλλον δ᾽ εὐθαλὲς
θαλλόμενόν τ᾽ ἀρετῇ σεὸ καὶ πολυϊδρίῃσιν (ἔσαι.
ἦ κλέος ἄσβεστον καὶ ἀέναον εὖχος ἀείρεις,
οὗ μέτοχος πατρικὴ καὶ μὴ πέλει ἄμμορος αἶα.
τοὔνεκα γηθήσουσι πολῖται πάντες ἐν αὐτῇ,
σὸς δὲ μάλιστα πατὴρ φίλος εὐφροσύνης ἐπιβήσεται,
ὅττι θεὸς κῦδος καὶ νόστιμον [ἡμᾶς] ὄπασσεν:
δώσει γὰρ νόστον πατρώϊον ἐς δόμον εὐθὺ,
χείρεσιν ἀγγελικῇσι σόον καὶ ἀπήμονα πέμπων.
τοῦτό μιν αἰτίζω νῦν ἤδη, καὶ ἔτι μᾶλλον
αὐτὸν γουνάσομαι, καί μιν πείσεσθαι οἴω,
πρόφρων γὰρ θεὸς ἐς ἱκέτην τ᾽ ἀριήκοος αὐδῆς,
ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν χαῖρε, αἰεὶ μεμνημένος ἡμῶν.

τέλος.

Erra

litera	facie	uerſ
G.2	a.	4
I.2.	a.	15.
M.2.	a.	26.
N.4.	a.	6.
O.2.	b.	15.
O.5.	b.	13.
O.6.	b.	2.
P.3.	a.	17.
P.6.	b.	16.
P.8.	b.	16.
Q.ult.	b.	19.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Errata typographica.

litera	facie	uerſu	
G.2	a.	4.	paruuli.
I.2.	a.	15.	poteſtatem.
M.2.	a.	26.	*uiæ.*
N.4.	a.	6.	*fumus.*
O.2.	b.	15.	*perſuaſiſsimum.*
O.5.	b.	13.	quàm
O.6.	b.	2.	Arhuſienſi, Arhuſiam.
P.3.	a.	17.	*impenduntur.*
P.6.	b.	16.	*amiciorem.*
P.8.	b.	16.	quòd.
Q.ult.	b.	19.	quòd.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 684 8° copy 1